

Cornelius Tacitus

## **C. Cornelii Taciti De Situ, Moribus, Et Populis Germaniae Libellus**

Editio Secvnda, Goettingae: [Verlag nicht ermittelbar], 1760

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689843071>**

Druck Freier  Zugang





16.

63.10.

Ed-10346.  
C. n. e. 3750.

C. CORNELII TACITI  
DE  
SITV, MORIBVS,  
ET POPVLIS  
GERMANIAE  
LIBELLVS.


---

*EDITIO SECVNDA*

---

GOTTINGAE MDCCLX.

C. CORNELII TACITI



GERMANY

LIBRARY

EDITIO SECUNDA

GÖTTINGEN MDCCCLX

C. CO  
DE  
PO

G  
de Pa  
Humandus  
meto aut  
ceania an  
immemia  
gnato qui  
ques bell  
icorum Al  
vetur or  
tem ve  
miller.  
edito mon  
ro popu  
nere lex  
cium cu p  
ll. Ipl  
ra, mini  
venibus d  
terra oim  
qui ma  
his ultra  
Quem ra

a) C  
vinali.

C. CORNELII TACITI  
DE SITV, MORIBVS, ET  
POPVLIS GERMA-  
NIAE LIBELLVS,

I.

PARS I

**G**ermania omnis a Galliis Rhaetiisque *Fines.*  
& Pannoniis, Rheno & a) Danubio  
fluminibus; a Sarmatis Dacisque, mutuo  
metu aut montibus separatur. Cetera O- *Oceanus.*  
ceanus ambit, latos sinus & insularum  
immensa spatia complectens, nuper co-  
gnitis quibusdam gentibus, ac regibus,  
quos bellum aperuit. Rhenus, Rhae- *Rhenus.*  
ticarum Alpium inaccessio ac praecipiti  
vertice orsus, modico flexu in Occiden-  
tem versus, septentrionali b) Oceano  
miscetur. Danubius molli & clementer *Danubius;*  
edito montis Abnobae jugo effusus, plu-  
res populos adit, donec in Ponticum  
mare sex meatibus erumpat. Septimum  
enim os paludibus hauritur.

II. Ipsos Germanos indigenas credide- *Incolae*  
rim, minimeque aliarum gentium ad- *Indigenae.*  
ventibus & hospitibus mixtos: quia nec  
terra olim, sed classibus aduehebantur,  
qui mutare sedes quaerebant: & immen-  
sus ultra, utque sic dixerim, aduersus c)  
Oceanus raris ab orbe nostro navibus adi-  
tur.

A 2

tur.

a) CLVVERIVS: ac. b) Cl. septem-  
trionali. c) Cl. aversus.

tur. Quis porro praeter periculum horridi & ignoti maris, Asia, aut Africa, aut Italia relicta, Germaniam peteret? informem terris, asperam caelo, tristem cultu aspectuque, nisi si patria sit. Celebrant carminibus antiquis, (quod unum apud illos memoriae & annalium genus est,) Tuistonem *d*) deum terra editum, & filium Mannum, originem gentis conditoresque. Manno tris filios assignant, e quorum nominibus proximi Oceano Ingaevones, medii Herminones, ceteri Istaevones vocentur. Quidam autem licentia vetustatis plures deo ortos, pluresque gentis appellationes, Marfos, Gamberivos, Suevos, Vandalios affirmant: eaque vera & antiqua nomina. Ceterum Germaniae vocabulum recens, & nuper additum *e*): quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint, ac *f*) nunc Tungri, tunc Germani vocati sint: ita nationis nomen, non gentis evaluisse paulatim, ut omnes primum a victore *g*) ob metum, mox a seipsis invento nomine Germani *h*) vocarentur. Fuisse apud eos & Herculem memorant, primumque omnium virosum fortium ituri *i*) in proelia canunt.

*Conditores gentis.*

*Germaniae nomen recens.*

*Carmina memorant Herculem.*

III.

*d*) Cl. Tuistonem. *e*) LIPSIVS: auditum. *f*) Abest apud Cl. & L. *g*) Cl. victores a victis. *h*) Apud Cl. abest. *i*) L. fortium. Ituri.

III. Sunt illis haec quoque carmina, *Barditus*, quorum relatu, quem Barditum *k)* vocant, accendunt animos, futuraeque pugnae fortunam ipso cantu augurantur, terrent enim, trepidantve, prout sonuit acies. Nec tam voces illae *l)*, quam virtutis concentus videntur. affectatur praecipue asperitas soni, & fractum murmur, objectis ad os scutis, quo plenior & gravior vox percussu intumescat. Ceterum & Ulixem quidam opinantur longo illo & fabuloso errore in hunc Oceanum delatum, adisse *m)* Germaniae terras, Asciburgiumque, quod in ripa Rheni situm hodieque incolitur, ab illo constitutum, nominatumque *n)*. Aram quinetiam Ulixi consecratam, adjecto Laërtæ patris nomine, eodem loco olim repertam. monumentaque, & tumulos quosdam Graecis litteris inscriptos in confinio Germaniae Rhaetiaeque adhuc extare, quae neque confirmare argumentis, neque refellere in animo est: ex ingenio suo quisque demat, vel addat fidem.

*Opinio de Ulixæ.*

IV. Ipse eorum opinionibus accedo, *Germani* qui Germaniae populos nullis aliis *o)* ali- *gens sine-*

A 3

arum *ra.*

*k)* Cl. *barritum.* *l)* L. *vocis ille.*  
*m)* Cl. & L. *adisse.* *n)* Cl. & L. *addunt*  
*Ἀσκιπύργιον.* *o)* L. *redundat.* Apud  
 Cl. & haec vox & sequens: *nationum,*  
 abest.



*Idem omnibus corporum habitus.*

arum nationum connubiis infectos, propriam & sinceram & tantum sui similem gentem existisse arbitrantur. Unde habitus quoque corporum, quamquam in tanto hominum numero, idem omnibus: truces & caerulei oculi, rutilae comae, magna corpora, & tantum ad impetum valida. laboris atque operum non eadem patientia; minimeque sitim aestumque tolerare, frigora atque inediae caelo, solove affueverunt.

*Terrae Species.*

V. Terra, etsi aliquanto *p)* specie dif- fert, in universum tamen aut silvis horrida, aut paludibus foeda: humidior *q)* qua Gallias; ventosior *r)* qua Noricum ac Pannoniam aspicit: fatis *s)* ferax, frugiferarum arborum impatiens, pecorum fecunda, sed plerumque *t)* improcera. ne armentis quidem suis honor, aut gloria frontis. numero gaudent. caeque solae & gratissimae opes sunt. Argentum & aurum propitii an irati dii negaverint, dubito. Nec tamen affirmaverim, nullam Germaniae venam argentum aurumve gignere. quis enim scrutatus est? possessione & usu haud perinde afficiuntur. Est videre apud illos argentea vasa, legatis & principibus eorum

*Feracitas.*

*Auri & Argenti.*

*Valor & Usus.*

*p)* Cl. aliquando. *q)* Cl. humilior. *r)* Cl. verticosior. *s)* Cl. sati. *t)* L. in margine, Cl. in textu: pleraque.

rum muneri data, non in alia vilitate, quam quae humo finguntur: quamquam proximi ob usum commerciorum aurum & argentum in pretio habent, formasque quasdam nostrae pecuniae agnoscunt, atque eligunt: interiores simplicius & antiquius permutatione mercium utuntur. Pecuniam probant veterem & diu notam, Serratos, Bigatosque. Argentum quoque magis quam aurum sequuntur, nulla affectione animi, sed quia numerus argenteorum facilior <sup>u)</sup> usui est promiscua ac vilia mercantibus.

VI. Ne ferrum quidem superest, sicut ex genere telorum colligitur. Rari gladii, aut maioribus lanceis utuntur. hastas, vel ipsorum vocabulo frameas gerunt, angusto & brevi ferro; sed ita acriter & ad usum habili, ut eodem telo, pro ut ratio poscit, vel cominus <sup>v)</sup> vel eminus pugnent. & eques quidem scuto frameaque contentus est. pedites & missilia spargunt, pluraque singuli, atque in immensum vibrant: nudi aut sagulo leves. nulla cultus factatio: scuta tantum leuissimis coloribus distinguunt, paucis loricae: vix uni alterius cassis aut galeae. Equi non forma, non velocitate conspicui. sed nec variare gyros in morem nostrum.

A 4

strum

<sup>u)</sup> L. & Cl. *faciliori.* <sup>v)</sup> Cl. *comminus.*

strum docentur. In rectum aut uno flexu dextros agunt, ita coniuncto orbe, ut nemo posterior sit. In univcrsum aestimanti plus penes peditem roboris: coque mixti proeliantur, apta & congruente ad equestrem pugnam velocitate peditem, quos ex omni juventute delectos x) ante aciem locant. Definitur & numerus: centeni ex singulis pagis sunt: idque ipsum inter suos vocantur, & quod primo y) numerus fuit, jam nomen & honor est. Acies per cuneos componitur. Cedere loco, dummodo rursus infles, consilii quam formidinis arbitrantur. Corpora suorum etiam in dubiis proeliis referunt. Sentum reliquisse praecipuum flagitium. nec aut sacris adesse, aut concilium inire ignominioso fas, multique superstites bellorum, infamiam laqueo finierunt.

*Disciplina  
militaris.*

*Regia potestas.  
Ducum auctoritas.  
Iudicia  
militaria.*

VII. Reges ex nobilitate; duces ex virtute sumunt. Nec regibus infinita aut libera potestas; & duces exemplo potius quam imperio, si prompti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione praesunt. Ceterum neque animadvertere z), neque vincire, neque verberare quidem nisi sacerdotibus permissum: non quasi in poenam, nec ducis jussu, sed velut deo

x) Cl. & L. dilectos. y) Cl. primum.  
z) L. advertere.

deo imperante: quem adesse bellantibus credunt: effigiesque, & signa quaedam detracta lucis in proelium ferunt. Quodque praecipuum fortitudinis incitamentum est, non casus, nec fortuita conglobatio turmam aut. cuneum facit, sed familiae & propinquitates. & in proximo pignora: unde feminarum ululatus audiri, unde vagitus infantium. hi cuique sanctissimi testes, hi maximi laudatores. Ad matres, ad conjuges vulnera ferunt: nec illae numerare, aut exfugere a) plagas pavent. Cibosque & hortamina pugnantibus gestant.

VIII. Memoriae proditur, quasdam acies inclinatas jam & labantes a feminis restitutas, constantia precum & obiectu pectorum & monstrata cominus captivitate, quam longe impatientius feminarum suarum nomine timent: adeo ut efficacius obligentur animi civitatum, quibus inter obfides puellae quoque nobiles imperantur. Inesse quinetiam sanctum aliquid, & providum putant: nec aut consilia earum aspernantur, aut responsa negligunt. Vidimus sub divo Vespasiano Velledam diu apud plerisque numinis loco habitam. Sed & olim Auriniam & complures alias venerati

*Acies per  
familias  
disposita.*

*Feminarum in bello & pace dignatio.*

*Veleda.*

*Auriniam.*

A 5

funt,

a) L. Farn. exigere.

sunt, non adulatione, nec tanquam facerent deas.

*Dii.*

*Vera de  
Deo sententia.*

IX. Deorum inaxime Mercurium colunt, cui certis diebus, humanis quoque hostiis litare fas habent. Herculem ac Martem concessis animalibus placant: Pars Suevorum & Isidi sacrificat. Unde caussa & origo peregrino sacro, parum comperi, nisi quod signum ipsum in modum liburnae figuratum, docet advectam religionem. Ceterum nec cohibere patrietibus deos, neque in ullam humani oris speciem assimilare ex magnitudine caelestium arbitrantur. lucos ac nemora consecrant, deorumque nominibus appellent secretum illud, quod sola reverentia vident.

*Sortes.*

*Auspicia.*

X. Auspicia, sortesque ut qui maxime observant. Sortium consuetudo simplex: virgam frugiferae arbori decisam, in furculos amputant, eosque notis quibusdam discretos super candidam vestem temere ac fortuito spargunt. mox si publice consulatur, sacerdos civitatis; sin privatim, ipse pater familiae, precatus deos, caelumque suspiciens, ter singulos tollit, sublato secundum impressam ante notam interpretatur. Si prohibuerunt, nulla de eadem re in eundem diem consultatio. Sin permisum, auspicioꝝ adhuc fides exigitur.  
&

& illud quidem etiam hic notum, avium voces, volatusque interrogare. Proprium gentis, equorum quoque praesentia ac nronitus experiri, publice aluntur iisdem nemoribus ac lucis, candidi & nullo mortali opere contacti, quos pressos sacro curru sacerdos ac rex vel princeps civitatis comitantur, hinnitusque ac fremitus observant. Nec ulli auspicio maior fides, non solum apud plebem, sed apud proceres, apud sacerdotes. Se enim ministros deorum, illos conscios putant. Est & alia observatio auspicio-*Duelli.*rum, qua gravium bellorum eventus explorant. Eius gentis, cum qua bellum est, captivum quoquo modo interceptum, cum electo popularium suorum, patriis quemque armis committunt. victoria hujus vel illius, pro praesentio accipitur.

XI. De minoribus rebus principes consultant, de majoribus omnes. ita tamen ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est, apud principes praetrahentur *b)*. Coeunt, nisi quid fortuitum & subitum inciderit, certis diebus, cum aut inchoatur luna aut impletur. Nam agendis rebus hoc auspiciatissimum initium credunt. Nec dierum numerum ut nos, sed noctium computant. Sic con-

*b) L. & Cl. pertractentur.*

constituunt, sic condicunt. nox ducere diem videtur. Illud ex libertate vitium, quod non simul, nec iussi conveniunt, sed & alter, & tertius dies cunctatione *c)* coëuntium absumitur. Ut turbae placuit, confidunt armati. Silentium per sacerdotes, quibus tum & coërcendi jus est, imperatur. Mox rex vel princeps, prout aetas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur, auctoritate suadendi magis quam jubendi potestate. Si displicuit sententia, fremitu aspernantur: sin placuit, frameas concutiunt. Honoratissimum assensus genus est, armis laudare.

*Judicia  
capitalia.*

XII. Licet apud concilium accusare quoque, & discrimen capitis intendere. Distinctio poenarum ex delicto: proditores & transfugas arboribus suspendunt, ignavos, & imbelles, & corpore *d)* infames, coeno ac palude, injecta insuper crate, mergunt. Diversitas supplicii illuc respicit, tanquam scelera ostendi oporteat, dum puniuntur, flagitia abscondi. Sed & levioribus delictis pro modo poenarum, eorumque pecorumque numero convicti multantur. pars multae regi vel civitati, pars ipsi qui vindicatur vel propinquis ejus exsolvitur.

*non capitalia.*

*c)* L. & Cl. *contatione.* *d)* L. Purgō innoxiam gentem & lego: *torpore.*

tur. Eliguntur in iisdem conciliis & principes, qui jura per pagos vicosque reddunt. Centeni singulis ex plebe comites, consilium simul & auctoritas, adfunt.

XIII. Nihil autem neque publicae neque privatae rei, nisi armati agunt. Sed arma sumere non ante cuiquam moris, quam civitas suffecturum probaverit.

Tum in ipso e) concilio vel principum aliquis, vel pater, vel propinquus seu- to frameaque juvenem ornant. haec apud illos toga, hic primus juventae honos: ante hoc domus pars videntur, mox reipublicae. Insignis nobilitas aut magna patrum merita principis dignationem etiam adolescentulis assignant.

Ceteris robustioribus ac jampridem probatis aggregantur, nec rubor inter Comitatus Principum Germanicorum. Gradus quinetiam & ipse comitatus habet, judicio ejus, quem se- ctantur. Magnaque & comitum aemulatio, quibus primus apud principem suum locus: & principum, cui plurimi & acerrimi comites. Haec dignitas, haec vires, magno semper electorum juvenum globo circumdari, in pace decus, in bello praesidium. Nec solum in sua gente cuique, sed apud finitimas quoque civitates id nomen, ea gloria est,

e) Apud Cl. ipso, abest.



si numero ac virtute comitatus emineat, expetuntur enim legationibus, & muneribus ornantur, & ipsa plerumque fama bella profugant.

*Comitum  
munera.*

*commoda.*

XIV. Cum ventum in aciem, turpe principi virtute vinci, turpe comitatus virtutem principis non adaequare. Jam vero infame in omnem vitam ac profusum, supersitem principi suo ex acie recessisse. Illum defendere, tueri, sua quoque fortia facta gloriae ejus assignare, praecipuum sacramentum est. Principes pro victoria pugnant; comites pro principe. Si civitas, in qua orti sunt, longa pace & otio torpeat, plerique nobilium adolescentium petunt ultro eas nationes, quae tum bellum aliquod gerunt, quia *f)* & ingrata genti quies, & facilius inter ancipitia clarescunt, magnumque comitatum non nisi vi belloque tueare *g)*. exigunt enim principis sui liberalitate illum bellatorem equum, illam eventam victricemque frameam. Nam epulae, &, quamquam incomti, largi tamen apparatus, pro stipendio cedunt. Materia munificentiae per bella, & raptus. Nec arare terram, aut expectare annum, tam facile persuaseris, quam vocare hos-

stes

*f)* Cl. qua. *g)* L. tueantur. Cl. tueantur.

stes & vulnera mereri. pigrum quān-  
mo & iners videtur sudore acquirere,  
quod possis sanguine parare.

XV. Quotiens bella non incunt, non *b) In pace o-*  
multum venatibus; plus per otium tran-  
sitū amor.  
figunt, dediti somno, ciboque. For-  
tissimus quisque ac *i) bellicosissimus* nihil  
agens, delegata domus & penatium &  
agrorum cura feminis senibusque, &  
infirmissimo cuique ex familia, ipsi he-  
bent: mira diversitate naturae, cum ii-  
dem homines sic ament inertiam, & o-  
derint quietem. Mos est civitatibus ul-  
tro ac viritim conferre principibus vel *Reditus*  
armamentorum vel frugum *k)*, quod pro  
honore acceptum, etiam necessitatibus  
subvenit. Gaudent praecipue finitima-  
rum gentium donis, quae non modo  
a singulis, sed publice mittuntur: ele-  
cti equi, magna arma, phalerae, tor-  
quesque. Jam & pecuniam accipere do-  
cuimus.

XVI. Nullas Germanorum populis ur-  
bes habitari, satis notum est, ne pati *Germano-*  
quidem inter se junctas sedes. Colunt *rum Sedes;*  
discreti ac diversi, ut fons, ut campus,  
ut nemus placuit. Vicos locant, non  
in nostrum morem connexis & cohae-  
ren-

*b) L. Deleo negationem, quae male  
repetita. Apud Cl. hoc: non, abest.  
i) Cl. S. k) Cl. addit: aliquid.*

*Aedes.* rentibus aedificiis. Suam quisque domum spatio circumdat, sive adversus casus ignis remedium, sive inscitia aedificandi. Ne caementorum quidem apud illos aut tegularum usus; materia ad omnia utuntur informi, & citra speciem aut delectationem. Quaedam loca diligentius illinunt terra ita pura ac splendente, ut picturam ac lineamenta colorum imitetur. Solent & subterraneos specus aperire, eosque multo insuper fino onerant, suffugium hiemi & receptaculum frugibus: quia rigorem frigorum ejusmodi locis molliunt: & si quando hostis advenit, aperta populatur, abdita autem & defossa, aut ignorantur, aut eo ipso fallunt, quod quaerenda sunt.

*Vestes masculorum.*

XVII. Tegumen omnibus sagum, fibula aut, si desit, spina confertum. Cetera infecti, totos dies juxta focum atque ignem agunt. Locupletissimi veste distinguuntur, non fluitante, sicut Sarmatae ac l) Parthi, sed stricta & singulos artus exprimente. Gerunt & ferarum pelles. proximi ripae negligenter, ultiores exquisitius, ut quibus nullus per commercia cultus m). Eligunt fer-

ras,  
l) Cl. &. m) Cl. Gerunt & ferarum pelles; ultiores negligenter; ut qui-

ras, & detracta velamina spargunt maculis pellibusque belluarum, quas exterior Oceanus, atque ignotum mare gignit. Nec alius feminis quam viris habitus, nisi quod feminae saepius lineis amictibus velantur, eosque purpura variant, partemque vestitus superioris in manicas non extendunt, nudae brachia ac lacertos, sed & proxima pars pectoris patet.

XVIII. Quamquam severa illic matrimonia. Nec ullam morum partem magis laudaveris. nam prope soli barbarorum singulis uxoribus contenti sunt, exceptis admodum paucis, qui non libidine, sed ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiuntur. Dotem non uxor marito, sed uxori maritus offert. Inter sunt parentes & propinqui, ac munera probant: munera non ad delicias mulieres quaesita, nec quibus nova nupta comatur; sed boves & frenatum equum, & scutum cum framea, gladioque. In haec munera uxor accipitur, atque invicem ipsa armorum aliquid viro affert, hoc maximum vinculum, haec arcana sacra, hos conjugales deos arbitrantur.

B

Ne

quibus nullus per commercia cultus: proximi ripae exquisitius. n) Cl. superiorem.

*Nuptiae  
unius cum  
una.*

*Dos Ger-  
manica.*

*Munera  
nuptialia.*

Ne se mulier extra virtutum cogitationes, extraque bellorum casus putet, ipsis incipientis matrimonii auspiciis admonetur, venire se laborum periculorumque sociam o), idem in pace, idem in proelio passuram ausuramque, hoc juncti boves, hoc paratus equus, hoc data arma denuntiant. Sic vivendum, sic pereundum. accipere se, quae liberis inviolata ac digna reddat, quae nurus accipiant, rursusque ad nepotes referant.

*Matrimoniorum sanctitas.*

*Adulteratorum poena.*

*Secundae nuptiae*

XIX. Ergo septa pudicitia agunt, nullis spectaculorum illecebris, nullis conviviolorum irritationibus corruptae. Litterarum secreta viri pariter ac feminae ignorant. Paucissima in tam numerosa gente adulteria, quorum poena praefens, & maritis permessa. Accisis criminibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verberare agit. publicatae enim pudicitiae nulla venia, non forma, non aetate, non opibus maritum invenierit. Nemo enim illic vitia ridet: nec corrumpere & corrumpi, saeculum vocatur. Melius quidem adhuc eae civitates, in quibus

o) Verba: *venire se laborum periculorumque sociam*, apud Cl. absunt.

bus tantum virgines nubunt, & cum spe alicubi ve-  
 votoque uxoris semel transigitur. Sic titae.  
 vnum accipiunt maritum, quo modo  
 vnum corpus, vnamque vitam, ne vlla  
 cogitatio ultra, ne longior cupiditas, ne  
 tanquam maritum, sed tanquam matri-  
 monium ament. Numerum liberorum  
 finire, aut quemquam ex agnatis neca-  
 re, flagitium habetur. plusque ibi bo-  
 ni mores valent, quam alibi bonae le-  
 ges.

XX. In omni domo nudi ac sordidi, *Educatio*  
 in hos artus, in haec corpora, quae *juventu-*  
 ramur, exerescunt. Sua quemque ma- *tis.*  
 ter uberibus alit, nec ancillis ac nutri-  
 cibus delegantur. Dominum ac servum  
 nullis educationis deliciis dignoscas. In-  
 ter eadem pecora, in eadem humo de-  
 gunt, donec aetas separet ingenuos, vir-  
 tus agnoscat. Sera juvenum Venus, *Sera Ve-*  
 que inexhausta pubertas: nec virgines *nus.*  
 festinantur: eadem juvena, similis pro-  
 ceritas, pares validaeque p) miscentur;  
 ac robora parentum liberi referunt. So-  
 rorum filiis idem apud avunculum, qui *Sororum*  
 apud patrem honor. Quidam sanctio- *filiis avun-*  
 rem artioreni hunc nexum sanguinis *culus pa-*  
 arbitrantur, & in accipiendis obsidibus *ter.*

B 2

magis

p) L. &amp; Cl. validique.

*Sucessio legitima. non testamentaria.* magis exigunt, tanquam ii, & animum firmiter, & domum latius teneant Heredes tamen successoresque sui cuique liberi: & nullum testamentum. Si liberi non sunt q), proximus gradus in possessione, fratres, patruus, avunculus. Quanto plus propinquorum, quo major affinium numerus, tanto gratiosior senectus, nec ulla orbitatis pretia.

*Verigendum.*

XXI. Suscipere tam inimicitias seu patris seu propinqui, quam amicitias necesse est. Nec implacabiles durant. luitur enim etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipitur satisfactioem universa domus, utiliter in publicum, quia periculosiores sunt inimicitiae juxta libertatem. Convictibus & hospitibus non alia gens effusius indulget. Quemcumque mortalium arce re tecto, nefas habetur, pro fortuna quisque apparatus epulis excipit. Cum deficeret r), qui modo hospes fuerat, monstrator hospitii & comes, proximam domum non invitati adeunt, nec interest. pari humanitate accipiuntur. Notum ignotumque, quantum ad jus hospitii, nemo discernit. Abeunti, si quid poposceris, concedere moris: & po-

*Hospitalitas.*

*Liberalitas.*

q) Cl. *sunt.* r) L. & Cl. *defecerit.*

poscendi invicem eadem facilitas. Gaudent muneribus, sed nec data imputant, nec acceptis obligantur.

XXII. Victus inter hospites comis. *Convictus*  
 Statim e somno, quem plerumque in diem extrahunt, lavantur, saepius calida, ut apud quos plurimum hiems occupat. Lauti, cibum capiunt, separatae singulis sedes, & sua cuique mensa. Tum ad negotia, nec minus saepe ad convivia procedunt armati. Diem noctemque continuare potando, nulli probum. Crebrae, ut inter vinolentos, *Convivia & Compo-*  
*tationes.*  
 rixae, raro conviciis, saepius caede & vulneribus transiguntur. Sed & de reconciliandis invicem inimicis, & jungendis affinitatibus, & adsciscendis principibus, de pace denique ac bello plerumque in conviviis consultant: tanquam nullo magis tempore aut ad simplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incaleseat. Gens non astuta, nec callida, aperit adhuc s) secreta pectoris, licentia loci. Ergo detecta & nuda omnium mens postera die retractatur, & salva r) utriusque temporis ratio est. Deliberant, dum fingere ne-

B 3

sci-

s) Cl. *time.* r) L. Puto legendum: *sua.* & ita Cl. habet in textu.



sciunt: constituunt, dum errare non possunt.

*Potus.*

XXIII. Potui humor ex ordeo aut frumento, in quandam similitudinem vini corruptus. Proximi ripae & vinum mercantur.

*Cibi.*

Cibi simplices, agrestia poma, recens fera, aut lac concretum. Sine apparatu, sine blandimentis expellunt famem. adversus sitim non eadem temperantia. Si indulseris ebrietati, fuggerendo, quantum concupiscunt, haut minus facile vitiis, quam armis, vincuntur.

*Speſtacula.*

XXIV. Genus ſpectaculorum unum atque in omni coetu idem. Nudi juvenes, quibus id ludicrum eſt, inter gladios ſe atque infeſtas frameas ſaltu jaciunt. Exercitatio artem paravit, ars decorem, non in quaestum tamen aut mercedem, quamvis audacis laſciviae, pretium eſt, voluptas ſpectantium. Aleam (quod mirere) ſobrii inter ſeria exercent, tanta lucrandi perdendive temeritate, ut cum omnia deſecerunt, extremo ac noviffimo jactu de libertate & de corpore contendant. Victus voluntariam ſervitutem adit. Quamvis junior, quamvis robuſtior, alligari ſe ac venire patitur. Ea eſt in re prava pervicacia: ipſi fidem vocant. Servos conditionis hujus per-

*Alea.*

com-

commercia tradunt, ut se quoque pudore victoriae exsolvant.

XXV. Ceteris servis non in nostrum *Servi.* morem, descriptis per familiam ministerijs, utuntur. Suam quisque sedem, suos penates regit. Frumenti modum dominus, aut pecoris, aut vestis, ut colono injungit; & servus haecenus pareret. Cetera domus officia uxor ac liberi exsequuntur. Verberare servum, ac vinculis & opere coërcere, rarum. Occidere solent, non disciplina & severitate, sed impetu & ira, ut inimicum, nisi quod impune. *Liberti.* Liberti non multum supra servos sunt, raro aliquod momentum in domo, nunquam in civitate, exceptis dumtaxat iis gentibus, quae regnantur. Ibi enī & super ingenuos & super nobiles ascendunt. Apud ceteros impares libertini libertatis argumentum sunt.

XXVI. Fenus agitate & in usuras extendere ignotum: ideoque magis servatur, quam si vetitum esset. *Fenus ignotum.* Agri pro numero cultorum ab universis per vices *Agri colendi ratio.* occupantur, quos mox inter se sectio. cundum dignationem partiuntur. facilitatem partiendi camporum spatia praestant. Arva per annos mutant, & superest

B 4

1) Cl. vicos.

perest ager, nec enim cum ubertate & amplitudine soli labore contendunt, ut pomaria conferant, & prata separent *w*), & hortos *x*) rigent, sola terrae seges imperatur. Unde annum quoque ipsum non in totidem *y*) digerunt species: Hiems & ver & aestas intellectum ac vocabula habent: autumnus perinde nomen ac bona ignorantur.

*Funera.*

XXVII. Funerum nulla ambitio. Id solum observatur, ut corpora clarorum virorum certis lignis crementur. Struem rogi nec vestibus, nec odoribus cumulant, sua cuique arma, quorundam igni & equus adicitur. Sepulcrum ca-

*Monumenta.**Luctus.*

spes erigit. Monumentorum arduum & operosum honorem, ut gravem defunctis, aspernantur. Lamenta ac lacrymas cito; dolorem & tristitiam tarde ponunt. Feminis lugere honestum est: viris meminisse. Haec in commune de omnium Germanorum origine ac moribus accepimus. Nunc singularum gentium instituta, ritusque quatenus differant: quae nationes e Germania in Gallias commigraverint, expediam.

## PARS II.

## XXVIII.

*w*) L. *prata sepiant*, omissa antecedente copula. *x*) Cl. & *hortos sepiant* & *prata rigent*. *y*) Cl. *inferit: quot nos.*

XXVIII. Validiores olim Gallorum *Gallicae* res fuisse, summus auctorum, divus *Ju- gentes in* lius, tradit. eoque credibile est, etiam *Germa-* Gallos in Germaniam transgressos. *Qua-* *nia.* tantulum enim annis obstabat, quo minus, ut quaeque gens evaluerat, occuparet permutaretque sedes promiscuas adhuc, & nulla regnorum potentia divisas? Igitur inter Hercyniam silvam, *Helvetii.* Rhenumque & Moenum amnes, Helvetii; ulterio- *Boji.* riora Boii, Gallica utraque gens, tenere. Manet adhuc Bojemi nomen, significatque loci veterem memoriam, quamvis mutatis cultoribus. Sed utrum *Osi forte* Aravisci in Pannoniam ab *Pannoni-* Osis Germanorum natione, an *ca.* Osii ab Araviscis in Germaniam commigraverint, cum eodem adhuc sermone, institutis, moribus utantur, incertum est: quia pari olim inopia ac libertate, eadem utriusque ripae bona malaque erant. *Germani-* Treveri & Nervii circa affectationem *cae in Gal-* Germanicae originis ultro ambitiosi sunt, *liis: Treve-* tanquam per hanc gloriam sanguinis, *ri, Nervii.* a similitudine & inertia Gallorum separantur. Ipsam Rheni ripam haut dubie Germanorum populi colunt, *Vangio-* Vangiones, Triboci 2), Nemetes. *nes, Triboc-* Ubiique, quanquam Romana colonia esse *ci, Neme-* *me-* *res, Ubi.*

B 5

2) L. & Cl. *Treboci.*

meruerint, ac libentius Agrippinenses conditoris sui nomine vocentur, origine a) erubescunt, transgressi olim, & experimento fidei super ipsam Rheni ripam collocati, ut arcerent, non ut custodirentur.

**Batavi.**

XXIX. Omnium harum gentium virtute praecipui Batavi, non multum ex ripa, sed insulam Rheni amnis colunt, Cattorum quondam populus, & seditione domestica in eas sedes transgressus, in quibus pars Romani imperii fierent. Manet honos, & antiquae societatis insigne, nam nec tributis continentuntur b), nec publicanus atterit, exempti oneribus & collationibus, & tantum in usum procliorum sepositi, velut tela atque arma, bellis reservantur. Est in

**Mattiaci.**

eodem obsequio & Mattiacorum gens. Proculit enim magnitudo populi Romani ultra Rhenum, ultraque veteres terminos imperii reverentiam. Ita sede finibusque in sua ripa, mente animoque nobiscum agunt, cetera similes Batavis, nisi quod ipso adhuc terrae suae solo & caelo

a) L. Videtur immittenda vox: *non erubescunt*. Cl. negativam particulam in textum recepit. b) L. Scribo: *continentuntur*, aut: *continentur*.

caelo acrius animantur. Non numeraverim inter Germaniae populos, quam trans Rhenum Danubiumque confederint, eos qui Decumates agros exercent. Levissimus quisque Gallorum, & *Decumates agri.* inopia audax, dubiae possessionis solum occupavere. Mox limite aucto, & promotisque praesidiis, finis imperii, & pars provinciae habentur.

XXX. Ultra hos Catti initium sedis ab *Cattorum* Hercynio saltu inchoant, non ita effulis *Sedes* ac palustribus locis, ut ceterae civitates, in quas Germania patefcit. durant siquidem colles, paulatimque rarefcunt: & Cattos suos saltus Hercynius prosequitur simul atque deponit. Duriora genti corpora, stricti artus, minax vultus, & major animi vigor. Multum (ut in *Disciplina* Germanos) rationis ac sollertiae *militaris,* praeponere electos, audire praepositos, nosse ordines, intelligere occasiones, differre impetus, disponere diem, valere noctem, fortunam inter dubia, virtutem inter certa numerare; quodque rarissimum, nec nisi ratione disciplinae concessum; plus reponere in duce quam in exercitu. omne robur in pedite, quem *Robur in* super arma, ferramentis quoque & co. *pedite.*

piis  
c) L. & Cl. in textu habent: *acto. il-*  
le autem in margine; Leg. *aucto.*

piis coonerant. Alios ad proelium ire videas, Cattos ad bellum. rari excursus & fortuita pugna. Equestrium sane virium id proprium, cito parare victoriam, cito cedere. Velocitas juxta formidinem, contatio propior constantiae est.

*Oris habitus hoste nondum caeso.*

*in quo plures confescescebant.*

XXXI. Et aliis Germanorum populis usurpatum, rara & privata cujusque audentia, apud Cattos in consensum vertit, ut primum adoleverint, crinem barbarumque summittere, nec nisi hoste caeso exuere votivum obligatumque virtuti oris habitum. Super sanguinem & spolia revelant frontem, seque tum demum pretia nascendi retulisse *d*), dignosque patria ac parentibus ferunt. Ingnavis & imbellibus manet squalor. Fortissimus quisque ferreum insuper annulum (ignominiosum id genti,) velut vinculum gestat, donec se caede hostis absolvat. Plurimis Cattorum hic placet habitus. Jamque canent insignes, & hostibus simul suisque monstrati, omnium penes hos initia pugarum. haec prima semper acies, visu nova. Nam ne in pace quidem vultu mitiore mansuescunt. Nulli domus, aut ager, aut aliqua

*d) L. rettulisse.*

qua cura, prout ad quemque venere, aluntur, prodigi alieni, contemptores sui, donec exfanguis senectus tam durae virtuti impares faciat.

XXXII. Proximi Cattis certum jam alveo Rhenum, quique terminus esse sufficiat, Uspii ac Tencteri colunt. Tencteri super solitum bellorum decus, equestris disciplinae arte praecellunt. Nec major apud Cattos peditum laus, quam Tencteris equitum. Sic instituire majores, posteri imitantur. Hi lusus infantium, haec juvenum aemulatio, perseverant senes. inter familiam, & penates, & jura successionum, equi traduntur; excipit filius, non, ut cetera, maximus natu, sed prout ferox bello & melior.

*Uspii.  
Tencteri.  
equitatu  
celebres*

*Successio  
in equis.*

XXXIII. Juxta Tencteros Bructeri olim occurrebant: nunc Chamavos & Angrivarios immigrasse narratur, pulsis Bructeris ac penitus excisis, vicinarum consensu nationum, seu superbiae odio, seu praedae dulcedine, seu favore quodam erga nos deorum. nam ne spectaculo quidem proelii invidere. super LX. millia non armis telisque Romanis, sed, quod magnificentius est, oblectationi oculisque ceciderunt. Maneat quaesitum duretque gentibus, si non amor nostri,

*Chamavi.  
Angrivarii.  
Bructerorum excidium.*

*Vota Taciti.*

at



at certe odium sui: quando urgentibus imperii fati, nihil jam praestare fortuna majus potest, quam hostium discordiam.

*Dulgibini.* XXXIV. Angrivarios & Chamavos a tergo Dulgibini, & Chasuarii e) cludunt, aliaeque gentes haut perinde memoratae. a fronte Frisii excipiunt. Majoribus minoribusque Frisiis vocabulum est, ex modo virium. utraeque nationes usque ad Oceanum Rheno praetexuntur, ambiuntque inuenos insuper lacus, & Romanis classibus navigatos.

*Frisii.* Ipsum quinetiam Oceanum illa tentavimus. & superesse adhuc Herculis columnas fama vulgavit: sive adiit Hercules, seu quidquid ubique magnificentum est, in claritatem ejus referre consuevimus f). Nec defuit audentia Druso Germanico; sed obstitit Oceanus in se simul atque in Herculem inquiri. Mox nemo tentavit; sanctiusque ac reverentius visum, de actis deorum credere, quam scire. Haecenus in Occidentem Germaniam novimus.

*Herculis columnae.*

XXXV. In Septemtrionem ingenti flexu redit. Ac primo statim Chaucorum gens, quanquam incipiat a Frisiis, ac par-

*Chauci.*

e) Cl. Chasuarii. f) L. consensimus,

partem litoris occupet, omnium, quas exposui, gentium lateribus obtenditur, donec in Cattos usque sinuetur. tam immensum terrarum spatium non tenent tantum Chauci, sed & implent: populus inter Germanos nobilissimus, quique magnitudinem suam malit justitia tueri. sine cupiditate, sine impotentia, quieti secretique, nulla provocant bella, nullis raptibus aut atrociniis populantur. Idque praecipuum virtutis ac virium argumentum est, quod, ut superiores agant, non per injurias assequuntur. Prompta tamen omnibus arma, ac si res poscat exercitus. plurimum virorum equorumque, & quiescentibus eadem fama.

XXXVI. In latere Chaucorum, Cat. *Cherufci.*  
 forumque, Cherufci nimiam ac marcentem diu pacem illacessiti nutrierunt. idque jœcundius quam tutius fuit: quia inter impotentes & validos falso quiescas: ubi manu agitur, modestia ac probitas nomina superioris sunt. Ita qui olim boni ac quique Cherufci, nunc inertes ac stulti vocantur. Cattis victoribus fortuna in sapientiam cessit. Tacti ruina Cheruseorum & Fosi contermina gens, adversarum rerum ex aequo *Fosi.*  
 focii, cum in secundis minores fuissent.

XXXVII.

*Cimbri.*

XXXVII. Eundem Germaniae sinum  
proximi Oceano Cimbri tenent, parua  
nunc civitas, sed gloria ingens. veteris-  
que famae late vestigia manent, utraque  
ripa castra, ac spatia, quorum ambitu  
nunc quoque metiaris molem manusque  
gentis, & tam magni exercitus fidem.

*Germania  
nondum  
victa.*

„ Sexcentesimum & quadragesimum an-  
„ num urbs nostra agebat, cum pri-  
„ mum Cimbrorum audita sunt arma,  
„ Caecilio Metello ac Papirio Carbone  
„ COSS. Ex quo si ad alterum impe-  
„ ratoris Trajani consulatum compute-  
„ mus, ducenti ferme & decem anni  
„ colliguntur: tamdiu Germania vin-  
„ citur. Medio tam longi aevi spatio,  
„ multa invicem damna g). non Sam-  
„ nis, non Poeni, non Hispaniae, Gal-  
„ liaeve; ne Parthi quidem saepius ad-  
„ monuere. quippe regno Arsacis acrior  
„ est Germanorum libertas. Quid enim  
„ aliud nobis quam caedem Crassi, a-  
„ missio & ipse Pacoro infra Ventidium  
„ dejectus Oriens objecerit? At Germa-  
„ ni Carbone, & Cassio, & Scauro Au-  
„ relio, & Servilio Caepione h), M.  
„ quo-

g) Verba: *Medio tam longi temporis  
spatio multa invicem damna.* apud Cl.  
absunt. h) L. & Cl. *Cepione.*

quoque Manlio fufis vel captis, quin-  
 que simul confulares exercitus Popu-  
 lo Romano, Varum tresque cum eo  
 legiones etiam Caefari abftulerunt,  
 nec impune C. Marius in Italia, divus  
 Julius in Gallia, Drufus ac Nero & Ger-  
 manicus in fuis eos fedibus perculerunt.  
 Mox ingentes C. Caefaris minae in ludi-  
 brium verfae. Inde otium, donec oc-  
 cafione difcordiae noftrae & civilium ar-  
 morum, expugnatis legionum hibernis,  
 etiam Gallias affectavere: ac rursus pul-  
 fi inde, proximis temporibus trium-  
 phati magis quam victi funt.

XXXVIII. Nunc de Suevis dicendum *Suevi.*  
 est, quorum non una ut Cattorum Ten-  
 eterorumve gens; majorem enim Ger-  
 maniae partem obtinent, propriis ad-  
 huc nationibus nominibusque difcreti,  
 quanquam in communi Suevi vocentur.  
 In figne gentis, obliquare crinem nodo-  
 que fubstringere. Sic Snevi a ceteris *In figne*  
 Germanis: fic Suevorum ingenui a ser- *gentis co-*  
 vis feperantur. *i)* In aliis gentibus feu *mi nodo*  
 cognatione aliqua Suevorum, feu (quod *fubftricta.*  
*k)* accidit) imitatione, rarum & intra  
 juventae fpatium; apud Suevos ufque  
 C ad

*i)* L. & Cl. praefigunt: *Sic.* *k)* L.  
 & Cl. inferunt: *faepe.*

ad canitiem horrentem capillum retro sequuntur, ac saepe in ipso solo vertice religant. principes & ornatiorem habent. Ea cura formae, sed innoxia <sup>l)</sup>. Neque enim ut ament amenturve: in altitudinem quandam & terrorem adituri bella comiti, ut hostium oculis, ornantur.

*Semnones.* XXXIX. Vetusissimos se nobilissimosque Suevorum Semnones memorant. Fides antiquitatis religione firmatur. Sta-

*Lucus.* to tempore in silvam auguriis patrum & prisca formidine sacram, omnes ejusdem sanguinis populi legationibus coeunt, caesoque publice homine celebrant barbari ritus horrenda primordia. Est & alia lueo reverentia. Nemo nisi vinculo ligatus ingreditur. ut minor, & potestatem numinis praese ferens, si forte prolapsus est, attolli & insurgere haud licitum. per humum evolvuntur. coque omnis superstitio respicit, tanquam inde initia gentis, ibi regnator omnium deus, cetera subiecta atque parentia. Adjicit auctoritatem fortuna Semnonum. centum pagis habitantur <sup>m)</sup>: magnoque corpore efficitur, ut se Suevorum caput credant.

*Centum  
pagi.*

XL.

<sup>l)</sup> L. & Cl. innoxiae. <sup>m)</sup> L. & Cl. habitatur.

XL. Contra Langobardos paucitas no- *Lango-*  
 bilitat, quod plurimis ac valentissimis *bardi.*  
 nationibus cincti, non per obsequium,  
 sed proeliis & periclitando tuti sunt.  
 Reudigni *n)* deinde & Aviones *o)*, & *Reudigni.*  
 Angli, & Varini, & Eudoses, & Suar- *Aviones.*  
 dones, & Nuithones fluminibus aut sil- *Angli.*  
 vis muniuntur. nec quidquam notabile *Varini.*  
 in singulis, nisi quod in commune Her- *Eudoses.*  
 thum *p)*, id est, Terram matrem co- *Suaro-*  
 lunt, eamque intervenire rebus homi- *nes. Nui-*  
 num, invehi populis arbitrantur. Est *thones.*  
 in insula Oceani Castum *q)* nemus, di- *NemusDe-*  
 catum in eo vehiculum veste contactum, *ae Her-*  
 attingere uni sacerdoti concessum. Is *thun.*  
 adesse penetrari deam intelligit, vectam-  
 que bubus feminis multa cum venera-  
 tione prosequitur. Laeti tunc dies, fe-  
 sta loca, quaecumque *r)* adventu hospiti-  
 oque dignatur. Non bella ineunt, non  
 arma sumunt, clausam omne ferrum:  
 pax & quies tunc tantum nota, tunc tan-  
 tum amata, donec idem sacerdos satia-  
 tam conversatione mortalium deam tem-  
 plo reddat. mox vehiculum & vestes *s)*,  
 & si credere velis, numen ipsum se-  
 cre-

C 2

cre-

*n)* Cl. *Deuringi.* *o)* Cl. *Caviones.*  
*p)* Cl. *Hertham.* *q)* Cl. *sacrum.* *r)* L.  
 & Cl. *quaecumque.* *s)* Cl. *vestis.*

creto lacu abluitur. Servi ministrant, quos statim idem lacus haurit. Arcanus hinc terror, sanctaque ignorantia, quid sit illud, quod tantum perituri vident.

*Hermunduri.*  
 XLI. Et haec quidem pars Suevorum in secretiora Germaniae porrigitur. Propior (ut quo modo paulo ante Rhenum, sic nunc Danubium sequar) Hermundurorum civitas, fida Romanis, eoque solis Germanorum non in ripa commercium, sed penitus, atque in splendidissima Rhaetiae *t*) provinciae colonia. passim & *u*) sine custode transeunt: & cum ceteris gentibus arma modo castraque nostra ostendimus *w*), his domos, villasque patefecimus, non concupiscentibus. In Hermunduris Albis oritur flumen inclitum & notum olim: nunc tantum auditur. Juxta Hermunduros Narisci, ac deinde Marcomani & Quadi agunt.

*Albis.*  
*Narisci.*  
 XLII. Praecipua Marcomanorum gloria viresque, atque ipsa etiam sedes, pulsus olim Boiis, virtute parata. Nec Narisci Quadive degenerant. Eaque Germaniae velut frons est, quatenus Danubio

*t*) L. *Rhaetiae.* *u*) Apud L. & Cl. & abest. *w*) L. & Cl. *ostendamus.*

nubio pergitur x). Marcomanis, Quadisve y) usque ad nostram memoriam reges manserunt ex gente ipsorum, nobile Marobodui & Tudri genus: jam & externos patiuntur. Sed vis & potentia regibus ex auctoritate Romana. raro armis nostris, facpius pecunia iuvantur.

XLIII. Nec minus valent retro Marfigni z), Gothini, Osi, Burii: terga Marcomanorum, Quadorumque claudunt. e quibus Marfigni a), & Burii fermone cultuque Suevos referunt. Gothinos Gallica, Ofos Pannonica lingua coarguit non esse Germanos: & quod tributa patiuntur: partem tributorum Sarmatae, partem Quadi, ut alienigenis, imponunt. Gothini, quo magis pudeat, & ferrum effodiunt. omnesque hi populi pauca campestrium, ceterum saltus & vertices montium iugumque infederunt. Dirimit enim scinditque Sueviam continuum montium jugum, ultra quod plurimae gentes agunt. ex quibus latissime patet Lygiorum nomen in plures civitates diffusum. Valentissimas no-

*Marfigni.*

*Burii.*

*Gothini.*

*Osi.*

*Lygii.*

C 3

mi-

x) L. & Cl. praetexitur. y) Cl. Quadisque. z) Cl. Marfigni. a) Cl. Marfigni.



*Helvecones.* minasse sufficiet, Arios, Helveconas, Manimos, Elysios, Naharvalos. Apud *Manymi.* Naharvalos antiquae religionis lucus ostenditur. Praesidet sacerdos muliebrī *Elysi.* ornatu, sed deos interpretatione Romana *Naharvali.* b) Castorem Poluceinque memorant. *Numen Alcis.* Ejus numinis nomen Alcis. nulla simulacra, nullum peregrinae superstitionis vestigium, ut fratres tamen, ut juvenes venerantur. Ceterum Arii super vires, quibus enumeratos paulo ante populos antecedunt, truces, infitae feritati arte ac tempore lenocinantur. nigra scuta, tincta corpora, atras ad proelia noctes legunt: ipsaque formidine atque umbra feralis exercitus terrorem inferunt, nullo hostium sustinente novum ac velut infernum aspectum, nam primi in omnibus proeliis oculi vincuntur. Trans Lygios *Gothones.* Gothones regnantur, paulo jam adductius c) quam ceterae Germanorum gentes, nondum tamen supra libertatem. *Rugii.* Protinus deinde ab Oceano Rugii, & Lemovii: omniumque harum gentium insigne, rotunda scuta, breves gladii, & erga reges obsequium.

XLIV.

b) Cl. Romani. c) L. & Cl. additius.

XLIV. Suionum hinc ciuitates, ipso in *Suiones.*  
 Oceano, praeter viros armaque classi- *classibus*  
 bus valent. forma nauium eo differt, *valent.*,  
 quod utrinque prora paratam semper  
 appulsui frontem agit: nec velis mini-  
 strantur *d)*, nec remos in ordinem late-  
 ribus adiungunt. Solutum ut in quibus-  
 dam fluminum, & mutabile, ut res po-  
 scit, hinc vel illinc remigium. Est apud  
 illos & opibus honos. eoque unus impe- *Unus im-*  
 ritat, nullis iam exceptionibus, non pre- *peritat.*  
 cario iure parendi. nec arma, ut apud ce-  
 teros Germanos, in promiscuo, sed clau-  
 sa sub custode, & quidem seruo: quia su- *Arma sub*  
 bitos hostium incurfus prohibet Oceanus. *custode*  
 otiosae porro armatorum manus facile *seruo.*  
 lasciuunt. enim vero neque nobilem, ne-  
 que ingenuum, ne libertinum quidem  
 armis praeponere regia utilitas est.

XLV. Trans Suionas aliud mare, pi- *Mare gla-*  
 grum ac prope immotum, quo cingi clu- *ciale.*  
 dique terrarum orbem hinc fides, quod  
 extremus cadentis iam solis fulgor in or-  
 tus edurat, adeo clarus, ut sidera hebe-  
 tet. Sonum insuper emergentis *e)* au-  
 diri, formasque deorum, & radios ca-

C 4

pi-

*d)* L. scribo: *ministrant*, Cl. rece-  
 pit in textum. *c)* L. Lego: *se mergen-*  
*sis*. Cl. recepit in textum.

*Aeslyi.*

pitis aspici, persuasio adiicit. Illuc usque, (& fama vera,) tantum natura f): Ergo jam dextro Suevici maris litore Aesthyorum g) gentes alluuntur: quibus

*Numen Mater Deum.*

Britannicae propior. Matrem deum venerantur, insigne superstitionis formas aprorum gestant. Id pro armis omniumque h) tutela, securum deae cultorem etiam inter hostes praestat. Rarus ferri, frequens fastium usus. Frumenta ceterosque fructus patientius, quam pro solita Germanorum inertia, laborant. Sed

*Succinum. Glesum.*

& mare scrutantur. ac soli omnium succinum, quod ipsi Glesum i) vocant, inter vada atque in ipso litore legunt. Nec quae natura quaeve ratio gignat, ut Barbaris, quaesitum compertumve, diu quintetiam inter cetera ejectamenta maris jacebat, donec luxuria nostra dedit nomen. ipsis in nullo usu, rude legitur: informe perfertur. pretiumque mirantes acci-

f) Cl. ultima hujus capitis verba: *Svionibus Sitonum gentes - - hic Sueviae finis*, huc transtulit, & post illa: *tantum natura*. & ante sequentia: *Ergo jam dextro* &c. inseruit. g) Cl. Aesthyorum h) L. omniue. i) L. & Cl. *glessum*.

accipiunt. Succum tamen arborum esse intelligas: quia terrena quaedam atque etiam volucris animalia plerumque interlucent, quae implicita humore, mox durefcente materia, eluduntur *k*). Fecundiora igitur nemora lucosque, sicut Orientis secretis, ubi thura balsamaque sudantur, ita Occidentis insulis terrisque inesse crediderim; quae vicini solis radiis expressa atque liquentia in proximum mare labuntur, ac vi tempestatum in adversa litora exundant. Si naturam succini admoto igne tentes, in modum tetae accenditur. alitque flammam pinguem & olentem: mox ut in picem refinamve lentescit. Suionibus Sitonum gentes continuantur. Cetera similes, uno differunt, quod femina dominatur: in tantum non modo a libertate, sed etiam a servitute degenerant. hic Sueviae finis.

XLVI. Peucinatorum, Venedorumque, & Fennorum nationes Germanis an Sarmatis ascribam dubito: quanquam Peucini, quos quidam Bastarnas vocant, sermone, cultu, sede, ac domiciliis, ut Germani agunt. sordes omnium ac torpor. procerum connubiis mixtis nonni-

C 5

hil

*k*) Cl. clauduntur.

*Sitones.*

*Feminae  
parent.*

*Peucini  
Bastarnae.*

*Venedi.*

hil in Sarmatarum habitum foedantur. Venedi multum ex moribus traxerunt. Nam quidquid inter Peucinos Fennosque silvarum ac montium erigitur, latrociniis pererrant. hi tamen inter Germanos potius referuntur, quia & domos figunt, & scuta gestant, & pedum usu ac pernicitate gaudent, quae omnia diversa Sarmatis sunt in plauastro equoque viventibus. Fennis mira feritas, foeda paupertas, non arma, non equi, non penates. victui herba, vestitui pelles, cubile humus. sola in sagittis spes, quas inopia ferri ossibus asperant. Idemque venatus viros pariter ac feminas alit.

*Fenni.*

Passim enim comitantur, partemque praedae petunt. Nec aliud infantibus ferarum imbriumque suffugium, quam ut in aliquo ramorum nexu contegantur, huc redeunt iuvenes, hoc senum receptaculum. Id beatius arbitrantur, quam ingemere agris, illaborare domibus, suas alienasque fortunas spe metuque versare. Securi adversus homines, securi adversus deos, rem difficillimam assecuti sunt, ut illis ne voto quidem opus sit. Cetera jam fabulosa. Hellusios & Oxionas ora hominum vultusque,

*Hellusii.**Oxiones.*


cor-

corpora atque artus ferarum gerere,  
quod ego, ut incempertum, in medium  
relinquam.


F I N I S.


















the scale towards document

auctas no- *Lango-*  
 alentissimis *bardi.*  
 bsequium,  
 tuti sunt.  
 nes o), & *Reudigni.*  
 , & Suar- *Aviones.*  
 us aut fil. *Angli.*  
 a notabile *Varini.*  
 tunc Her- *Eudoses.*  
 atrem co- *Suardo-*  
 us homi- *nes. Nui-*  
 ntur. Est *thones.*  
 mus, di- *NemusDe-*  
 ontectum, *ae Her-*  
 tum. Is *thun.*  
 , vectam-  
 venera-  
 dies, fe-  
 tu hospi-  
 unt, non  
 ferrum:  
 tunc tan-  
 os fatia-  
 eam tem-  
 vestes s),  
 sum fe-  
 cre-

*ationes.*  
 r) L.  
 is.